

Q. N.
411,
22.

X 1862218

II i
168

DISSERTATIUNCULA

De

HIEROSOLYMIS, JUDÆO-
RUM QVONDAM METROPOLI,
AN PROFANIS GENTILIUM SCRIPTORI-
BUS COGNITA FUERINT, PRÆCIPUE QVOD
ATTINET EXCIDIUM.

Qua

PLURIMUM VENERANDOS

DNN.

INSPECTORES,

Ut &

VIROS ERUDITISSIMOS AC
PRÆSTANTISSIMOS OMNEIS

M. JOHANN. FRIDERICUS Köber /
ILLUSTRIS RUTHENEI RECTOR.

Ad auscultandum benevolè

DISCEPTATIONEM,

De

GYNÆCOCRATIA IN
REPUBLICA

INSTITUENDAM PUBLICÈ

Submissè, & per amanter
INVITAT.



GERÆ, TYPIS GEORGI HEINRICI MÜLLERI.

a.





Vamvis de omnī per orbem universum urbe,
vel florentissimā, quemadmodum & de vicis & pa-
gis vilissimis, oraculo verius fit, quod Stratonicum
Citharædum dixisse ferunt, (a) valere nimirum de
omnibus ac singulis, quod Mæonides aliquando
cecinit vates :

οἴηπερ Φύλλων γενεή τοῖη δὲ καὶ ἀνδρῶν, (b)

vel, ut Pachymerius (c) de fato urbium dixit, τὸ εἰμαρμένον ὡσπρε
ἐμψύχοις, ἔτω καὶ πόλεσιν ἀφικτον; quod tot oppidorum cadave-
ra clamant: certum tamen & experiētiā comprobatum est jamprū-
dem, quasdam eā fuisse nominis celebritate & laudium magnitudi-
ne insignes, ut, etsi periere olim funditus, non planè perierint ta-
men. Vivit in memoriis veterum Carthago, æmula quondam
Imperii Romani, etsi deleta tertio bello Punico & miserè finita. (d)
Vivit in mentibus hominum Corinthus, Achajæ olim caput, Graciæ de-
cus, inter duo maria, Ionium & Ægeum quasi spectaculo exposita, etsi à Mum-
mio eversa. (e) Vivit Numantia, Hispaniæ quondam ocellus, et-
si post duo illa clarissima urbium incendia, eodem propè tempore à
Scipione devastata. (f) Vivit, illis omnibus & vetustior & carmi-
nibus Poëtarum celebratior Troja, Phrygiæ quondam caput, quam-
vis rudus in orme jam olim facta sit & vix tenuia sui vestigia reli-
quisse commemoretur. (g) Non interierunt planè ille omnium doctrina-
rum inventrices Athenæ, unde encomio Ciceronis, (h) humanitas, doctrina,
religio, jura, leges ortæ atque in omnes terras distributæ putantur; quam-
quam vicus hodie dumtaxat ex tantâ urbe restet, tetrâ impietate &
pro-

(a) Vid. Grut. Thes. crit. t. 3. p. 253. (b) II. Z. §. 146. (c) Hist. Byzant.
2, 27. Vid. Justin. cum Varis p. 295. (d) Vid. Flor. II, 15. (e) id. II, 16.
(f) id. II, 18. (g) Vid. ex Bellonio Hoffm. lex. univ. s. 494. (h) l. 1. de or-
nat. & or. pro Flacc.

1359
2

105.

DISSERTATIUNCULA
De
EXCIDIO HIEROSOLYMI-
TANO, ET TEMPLO IN SPECIE
SACROSANCTO, QUATENUS GENTI-
LIBUS INNOTUIT.

Quâ
PLURIMUM VENERANDOS

D N N.

INSPECTORES,
OMNES ITEM ERUDITOS,
CLARISSIMOSQUE ET SPECTA-
TISSIMOS EXIMIOSQUE VIROS,

M. JOHANN. FRIDERICUS Köber /
ILLUSTRIS RUTHENEI RECTOR,

Ad benevolè auscultandum

DUAS VALEDICTORIAS
ORATIUNCULAS

Submissè, officiosè perquam ac humanissimè

INVITAT.

GERÆ, TYPIS GEORGI HEINRICI MÜLLERI.



Recipimus non ita pridem, polliciti, quæ de Hierosolymis & horum excidio afferri tunc non poterant, ea nos commodâ occasione aliâ certò daturus. Jam cum *non liberalis* sit, *sed levis* homuncionis polliceri, quæ prestare vel non possit, vel nolit; cujus gratiâ religiosè promississe optimum Atticum, si quid rogabatur, nitidissimus Nepos autor est: (a) ideò nunc pro virili efficiam, quod effecturum me dixi. Idcirco nunc primum, quæ restant de urbe sanctâ, in medium producam, deinde &, si quæ de Templo Hierosolymitano apud τὰς ἐξω occurrunt, breviter addam. Quod igitur excidium Urbis non adeò ignotum inter Gentiles, præcipuè Romanos fuerit; ejus perennis, certè diuturnus esse testis potest vetus ille lapis, qui id expresse Tito tribuit, & hodiernum Romæ extat, cum hac inscriptione:

(a) *XX, 15, 1.*

IMP. TITO. CÆSARI. D. VESPASIANI. FILIO.
VESPASIANO. AUG. PONTIFICI. MAXIMO.
TRIB. POT. IMP. XVIII. COS. VIII.
PRINCIPI SUO.

S. P. Q. R.

QUOD. PRÆCEPTIS. FACTIS. (b) CONSILII SQ.
GENTEM. JUDÆORUM
DOMUIT
ET
URBEM. HIEROSOLYMAM.
OMNIBUS. ANTE. SE. DUCIBUS. REGIBUS.
GENTIBUSQ. AUT. PETITAM FRUSTRA
AUT. OMNINO. INTENTATAM
DELEVIT.

Deletam ergò nobilissimam Judæorum metropolin & everfam funditus, Romanis ita innotuit, ut testatiorem quoque rei memoriam extare publicò voluerint monumento, quod in dubium vocare nefas est, cum tot aliorum auctoritate comprobetur. Et quâ de causâ ipsi Apellæ tam vetustiores quàm recentiores, tot probrosa in Titum conjiciunt cognomenta, ut eum mox Idumæum, mox impium & filium impii, mox & nepotem Esavi faciant? (c) cur muscam in ejus cerebrum ingressam perhibent, ex quâ contabuerit & pessum iverit? (d) Id sanè non facerent, nisi cæstro iracundiæ in ipsum perciti, quòd regia sedes & Respublica cum admirandi operis

(b) *pro Vulgaris*
PACTIS man
Sunt ita legere
M. Z. Boxhor. in
Hist. univ. p. 142.

(c) *Buxtorf. in*
Lexic. Talmud.
Rabb. Soce
EDOM.
(d) *Scalig. ad*
Kuseb. n. 296.

ris Templo, illius si non jussu, tamen indultu in favillas fedit ac cineres, & miserandum in modum everfa fuit. Id verò mirandum non injuriâ est, quod, cum alii Imperatores Romani nomina à devictis gentibus acceperint atque admiserint, nec Vespasianus nec Titus JUDAICI dicti fuerint. Sanè perfrequens JUDÆÆ CAPTÆ, & in aliis rarioribus Nummis horum Cæsarum JUDÆÆ DEVICTÆ occurrit mentio: quos ex Thesauro Numismatum antiquorum, à Jac. Oiselio JC. referato, depromere licet. (e) An hoc forte singulari in Deum timori tribuamus, quo occupatum fuisse Titi animum nonnulli putant? Cùm enim, Hierosolymis captis, Syria univèrsa & Ægyptus, & omnes Palæstinæ finitimæ gentes Tito coronas offerrent triumphales, eas recusasse eum Suidas tradit, (f) his deprecatus honorem verbis: *non ego hoc feci, sed DEO irato, populum suum ob peccata castigare volenti, manus meas accommodavi.* Et Josephus, cui paulò major, quàm Suidæ fides habenda, expresse narrat, (g) quod, cùm munitiones solidissimas, turres firmissimas & rupes præruptas aliaque opera admiranda conspexisset, Deo, inquit, planè adjuvante pugnâvimus: & Deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Judæos; nam quæ hominum manus, aut machine ad istas valerent? Verùm rectius omninò dicemus, id cognominis ob religionis Judaicæ odium & gentis contemptum, à se sprevisse Cæsares. (*) Cùm enim nulla esset alia religio tam ritibus dissona, quæ non in societatem admitteretur à Romanis: soli Judæi passim cum sua superstitione, quam vocabant, pro deridiculo erant; ut ex variis Ethnicorum satyris, epigrammatibus, & nummis, in contumeliam eorum factis, patet: quæ verò nunc adferre instituti nostri non est. De cætero negari non potest, Judæis tunc Attilam fuisse Titum, hoc est flagellum, quò Deus, justissimâ ardens indignatione, populi non amplius sui nefarios mores, impietatem præcipuè & securitatem castigare tandem & vindicare voluit. Sic enim tribulis eorum non veretur adserere: (h) *si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terre devorandam fuisset civitatem, aut diluvio perituram aut fulmina ac Sodome incendia passuram; multò enim magis impiam progeniem, quàm illa tulerat.* Quid? quod fulmen illud infestum, quod cœlestissimum os veritatis comminatum fuerat, nec pœnitentiâ verâ & seriâ aversum erat, tandem, justissimò DEI judicio, erumpere oportebat, quò Urbs, sceleribus immanissimis iisque innumeris obruta, non poterat non funditus perire, ut ne lapis quidem super lapide relinqueretur. (i) Hinc quorum

(e) Vid. tab. XVI n. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

(f) cit. Dion. Gothofr. in Antiq. Hist. l. IV. p. 100. Habet & Philostratus l. VI. de Vita Apoll. p. 305.

(g) de Bell. Jud. l. VII. c. 21.

(*) Ita opinatur Spanhem. diff. II. X. de præst. & usu Numis. p. 749.

(h) l. VI. de Bell. Jud. c. 16. citante Danh. in Christeide p. 90.

(i) Luc. XIX. 44

n-
m
e
fa
OX
u-
&
L
e-
is

ero-
ant,
ros.
polli-
atiâ
ro-
rili
quæ
e de
ad-
er-
ur-
, &

parentes in crucem egerant mundi Servatorem, illi eadem infami & miserâ morte à Tito occidebantur; quorum parentes Dominum gloriae XXX. argenteis nefariè vendiderant, eorum XXX. uno denariò venales erant; quorum parentes bestiarum instar Filium DEI adoriebantur, infestabant, ac tantum non dilaniabant, illorum aliquot millia in spectaculis, Berythi institutis, feris lanianda projiciebantur; quorum parentes Christum indignum censebant, qui, ubi reclinaret caput, ullibi haberet, ideoque sublimem in aëre suspendebant, eorum domicilia solo æquabantur, urbe totâ aratris ut scribit (k) Eusebius, diffusatâ, ipsis verò Judæis per totam orbem miserè dispersis, & exultatione perpetuâ multatis. Adeo justus es, Domine, adeo justa sunt tua judicia! Atque hinc factum, ut, licet vel Judæi semel atque iterum conati sint, se in libertatem asserere, vel alii etiam templum & urbem restaurare, semper tamen id omnes egerint irritò conatu, atque ab incepto opere retrahere manum coacti sint. Deduxerat Hadrianus Imperator in urbem Hierosolymam, quæ eversa fuerat, quamque Æliam de se appellaverat, coloniam, & quò loco templum Dei fuerat antè, aliud Jovi curaverat fieri Capitolino; quod cum inique ferrent Judæi, & bellum atrox contra Romanos conflarent, non solum quingenta octoginta millia gladio hostili, sed & infinita multitudo fame, morbo & igni interierunt, ita ut omnis penè Judæa deserta relicta fuerit. Eaque laniena ipsis, ut porrò commemorat (l) Dio Cassius, historicus exactissimus De postero dictus, antè, quàm bellum gereretur, denunciata veluti erat, quod monumentum Salomonis, quod illi summâ reverentiâ colunt, suâ sponte divisum corruerat, quodque lupi & hyænae multae in urbes eorum rugientes atq; ululantes, introierant. Extant in memoriam devictæ ab Hadriano Judææ diversi nummi, in quorum altero matrona cum liberis supplex coram Principe in genua provoluta cernitur; (m) in altero & scrofa cum fuculis, in opprobrium Judæis conflata: (n) quanquam hunc nummum alii Vespasiano aut Tito tribuere malunt. Quid πῶς ἔβδης Julianus, ut irritas redderet comminationes Christi, egerit, non meis, sed Ammiani Marcellini, scriptoris itidem ethnici, verbis dicam. Julianus, inquit (o) ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa & internecina certamina, obsidente Vespasiano, post à Tito agrè est expugnatum, instaurare sumtibus cogitabat immodicis. Dum itaq; fortiter instaret Alipius, juvaretq; provincia rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes, fecere locum

(k) Vid. C.
Matth. Theat.
p. 536.

(l) l. LXIX, 15.
ax. versione
Leunclævit.

(m) Oiseli. tab.
XVII. n. 1. & in
Comment. p. 86
(n) Id tab. XVI.
n. 11. in Com-
ment. p. 85. Vid.
Marq. Freher.
de Num. Cens.
p. m. 410 sq.
(o) l. XXIII.
mit.

locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum, atq; ita cessavit inceptum. Accesserunt & alia prodigia, quibus operarii, dubio procul maximam partem Judæi, repulsi sunt ab opere ac deterriti. (p) Usque adeo non vanus fuit Propheta, qui vastitatem hujus urbis omnimodam ac perpetuam denunciavit. (q) Et hæc de Urbe sanctâ; nunc & de Templo, quidquid de eò invenire apud τὸς ἔξω licuit, addemus. Quamvis enim acquiescere in dictis hæctenus possimus, quippe in quibus plerumque simul cum Urbe & Templi augustissimi mentio facta fuit; nihilo tamen minus cum alia quædam notabiliora de eodem annotata occurrant in infidelium scriptis, non nefas erit eadem afferre in medium. Templi ergo Hierosolymitani, ab Antiocho Epiphane expilati, & Jovi Olympio (r) consecrati, historiam in literas retulerunt Polybius, Strabo, Nicolaus Damascenus, Timagenes, Castor & Apollodorus; quos omnes Apioni, adversario suo opponit Josephus, antiquitatum Judaicarum vernaculus vindex, ut Tertulliano audit. (s) Cum enim Grammaticus ille Ægyptius, in libro, adversus Judæos edito, mendacissimè asseruisset, eos in ipso Templi Hierosolymitani sacrario (t) asini caput collocasse, & id colere, ac dignum facere tantâ religione; & hoc fuisse propalatum, cum Antiochus expoliasset templum, & illud caput invenisset ex auro compositum, multis pecuniis dignum: illi febriculoso nugatori silentiũ tot auctororum in re tam memorabili, meritò, tãquam Mæcense caput, obvertit, quam sanè præterituri tacitè non fuissent, siquidem tale quippiam ibi vel vidissent vel visum comperissent. Sed hac de re peculiari aliquando actum fuit Differtatione. (u) Verum nunc juvat proferre alia, quæ de isthòc Templo in ethnicis leguntur monumentis. Sic verò loqui videmus Tacitum: (x) Illic (Hierosolymæ) immensa opulentie templum, templum intimis clausum, ad fores tantum Judæo aditus: limine, præter sacerdotes, arcebantur. Sed & hîc jam antè, quasi adyta templi introspeisset, & vitis aureæ in eò inventæ, mentionem facit, & Judæis ideò cultum Bacchi tribuit, quando ita fermocinatur: (y) quia sacerdotes eorum tibiâ tympanisq; concinebant, hederâ vinciebantur, vitisq; aurea templo reperta; Liberum patrem coli, domitorem orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos letosq; ritus posuit; Judæorum mos absurdus sordidusq;. Et Florus, postquam de bello Mithridatico prolixè retulit, tandem de Pompejo, belli istius duce, commemorat, (z) eum Hierosolymam quoque intrasse, & vidisse grande illud impie gentis arcantum patens, sub aureo vitem cælo. Sic enim

(p) Vid. Ruffin. l. 1. c. 28. Socrat. l. 3. c. 22. & alii.
(q) Dan. IX, 27

(r) Vid. 2. Macc. VI. 2. in quem locum Sid. Dillherr. tom. I. dispp. p. 171.
(s) apolog. ad gent. CXIX.
(t) Sid. Joseph. contra Apion. l. 2.

(u) de onolarr. Jud. & Christian.
(x) l. V. Hist. c. 2.

(y) c. 1. fin.

(z) lib. III. c. 5. fin.



rectè & commodò sensu emendatum fuit à magno litterarum,
 (aa) *Elect. II, 5.* Phœnice, Lipsio, (aa) quod vulgò ita legebatur; *sub aureo uti cælo.* De
 vite hac aureâ diversæ sunt diversorum opiniones, & quidem pri-
 mum de eo, quid & unde fuerit, deinde & quid eâ significatum sit,
 & cui usui adhibita. Vitem ergò, quidquid id fuit, non solum nun-
 cupant dicti jam Tacitus & Florus, sed & Josephus, (bb) & ex eò
 Zonaras. (cc) Sed Strabo, quem laudat Josephus, ambiguus pro-
 pmodum est, utrum rectius vitis appelletur, an hortus, dicens: *εἴτε
 ἀμπέλ. εἴτε κῆπ.* Ex quò tamen apparere videtur, magnitudine
 insigni & amplâ admodum latitudine fuisse vitem, ut horti speci-
 em præferret. Quò facit, quod, ut ex Rabbiorum antiquorum
 monumentis scribit Zacuthus (dd) hominum trecentorum operâ,
 solitum fuerit id *δημιεργημα* moveri loco, quoties transferendum
 fuit. *τετραπλὴν* quoque id opus, seu delectationem ait Josephus
 dictum fuisse; unde non obscure de ejusdem singulari ad delecta-
 tionem compositâ formâ colligi potestur. Ex voce Græcâ *Γορίων*
 fecit is, qui se Gorionis filium vocat, vulgò ab eruditis non sine
 causa Pseudogorionides (ee) dictus. Convenire cum eò Ebræo-
 rum *גוריון* putat Grotius, unde & colligit, (ff) opus illud imaginem
 habuisse Paradisi. Vitem hanc sunt qui faciunt duplicem cum
 Scaligero, (gg) & in antiquiorem seu priorem distinguunt, (hh) ac
 posteriorem seu recentiorem. Illam perhibent fuisse *κειμήλιον* do-
 mus Hassamonæorum, quam & Pompejo dederit dono Aristobu-
 lus Alexandri R. filius: hanc autem ab Herode in Templo, à se re-
 staurato, dedicatam, describi asserunt à Josepho, Judaicæ gentis
 Livio. (ii) Cujus verba hoc tenore fluunt: *aureos flores, ambientes
 columnas, fecit Herodes: super quarum capita vitis tendebatur, botros aure-
 os habens pendentes. qui mirandam magnitudinem (nam, ut idem alibi narrat
 (kk) racemi erant staturâ hominis) & artificii claritatem videntibus exhibe-
 bant propter materiei pulchritudinem.* Et de eadem hâc viti intelligen-
 dum esse Florum, non sine causâ, arbitratur C. A. Rupertus, Nori-
 cæ decus quondam insignis, & nunc post mortem immortale. (H)
 Neque enim duæ fuerunt unquam in Templo vites, ut quosdam
 opinatos fuisse jam dictum fuit, sed unica dumtaxat, quæ non no-
 va fuerit ab Herode facta, sed in novum vel potius recens instaura-
 tum Templum translata & suo loco restituta. Quod verò illam atti-
 net vitem, quâ ab Aristobulo missam Pompejo alicubi recenset Jose-
 phus (mm) ex Strabone, quam & Romæ in templo Jovis Capitolini à
 se

(bb) l. XIV. An-
 tiq.

(cc) ap. Li-
 psium l. c.

(dd) in Fucha-
 sin p. 27. b. cit.
 Casaub. exerc.
 XVI. n. CII. X.

(ee) Vid. Ræ-
 nigl Biblioth.
 f. 354.

(ff) in h. l. Sid.
 Synops. Crit. in
 Luc. f. 1029.

(gg) in Serar.
 c. 5.

(hh) Vid. Ca-
 saub. in Baron.
 Exerc. XVI. n.
 CII. X. p. 586.

(ii) l. 15. c. 14.
 ex vers. Ruffi-
 ni c. II.

(kk) l. 6. de bel-
 lo Jud. c. 6. vel
 c. 8. ex vers.
 Ruff.

(ll) Obser. ad
 Flor. p. 492.

(mm) nempe
 lib. XIV. An-
 tiq. c. 5. vel
 Ruff. 4.

TARII IN Freyberg ET Magvitz / PRÆFECTI DUCALIS SAXO-
 NICI VOIGTSBERGÆ GRAVISSIMI, MERITISSIMI, AMICI
 MEI MAGNI IDEOQUE VENERANDI, non degeneres Filii: de
 quibus multa forent dicenda, si opus esset. Nomen inter nostros pro-
 fessi sunt d. XXIII. Maji, Anno MDC LXXIIX. ex quô tempore ita
 se apud nos gesserunt, ut, quod de IPSIS conqueramur, non ha-
 beamus. Ut natura Illos nascendi sorte arctissimè conjunxit; ita
 Studiorum paritas fecit conjunctissimos. His verò pro virili por-
 tione sub fideli Præceptorum manu ductione, ita incubuerunt, ut
 nunc ad acroases Academicas dimittendi sint. In vitâ reliquâ
 probitate morum ac modestiâ, sincerò in primis in Doctores publi-
 cos amore, nec non tranquillitate & concordia cum omnibus prius
 nihil aut antiquius habuerunt. Sæpius de Cathedrâ publicâ dicen-
 tes auditi sunt: igitur & nunc specimen profectuum dare consti-
 tuerunt, ita ut alter in *vituperium fraternitatis fucate ac ebriæ*, alter verò
 in *laudem vera & sincera* verba facturi sint, & simul carminicè Musis
 nostris vale dicturi. Quocirca ipsis prospera quævis seriò preca-
 mur, & ut feliciter vestigia OPTIMI PARENTIS premant, sincerè
 optamus. A VOBIS autem, VENERANDI MAXIME DNN.
 INSPECTORES, à VOBIS etiam, QUICUNQUE APUD NOS DE-
 GITIS, ERUDITIONE AC DIGNITATE INCLUTI VIRI,
 etiam atque etiam petimus, ut Dicturis, post sacra pomeridiana cra-
 stina. operam navare, in Auditorio novo, haut gravatim velitis.


Λόγον ἀποπειπλικόν ex prompta memoria habebit NOBILISSI-
 MUS ADOLESCENS, JOH. LUDOVICUS à NAUN-

DORF, P. P. Geræ pridie Kal. Octobr. A.

O. R. ∞ Ioc LXXXIV.



DISSER
 EXCIDIO H
 TANO, ET T
 SACROSANCTO
 LIBUS
 PLURIMUM
 INSPEC
 OMNES ITE
 CLARISSIMO
 TISSIMOS EX
 M. JOHANN.
 ILLUSTRIS R
Ad benev
 DUAS VAI
 ORAT
Submissè, officiosè
 IN
 GERÆ, TYPIS GEO



© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Color Control Patches



1359
2

105.

